multos libros perlegisse, libros tamen principum
ne attigisse, sed prorsus ignorare, quam inter prin-
pes conveniat. Nam quod Iuris Naturae
et gentium tantopere mentionem facis, Hoc scito
esse Ius naturae gentiumque: ut cum bellum inter
Reges intercedat, liceat alteri alterius bellica subsi-
dia undecunque allata intercipere, et ne in damnum
suum convertantur praecavere. Hoc inquam est
Ius Naturae et gentium. Quod novam affini-
tatem cum domo Austriaca commemoras (quam
tanti iam fieri velis) Non te fugiat ex eadem
domo non defuisse qui Regi tuo Poloniae Regnum
praeripere voluissent. De caeteris quae non
sunt huius loci et temporis cum plura sint et sin-
gulatim consideranda illud expectabis quod a
quibusdam consiliarijs meis huic rei designandis
intelliges. Interea vero Valeas et quiescas.